Ne 1856

DE HYDROCEPHALO ET ENCEPHALITIDE.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS
IN
ALMA LITERARUM UNIVERSITATE
FRIDERICIANA HALENSI CUM VITEBERGENSI
CONSOCIATA
PRO SUMMIS
IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORIBUS
RITE CAPESSENDIS
DIE XXIV M. JUNII A. MDCCCLVI HORA X
UNA CUM THESIBUS PUBLICE DEFENDET
AUCTOR

DAGOBERTUS LICHTENSTEIN,
BORUSSUS.

Halle

OPPONENTIBUS:
J. SCHEYE, Dr. med.
F. LINDEMANN, cand. med.

GEDANI.
TYPIS A. W. KAFEMANN.

I.

Hydrocephalus acutus.

Etsi quis non potuerit statuere, eos qui nomine Hydrocephali cuti, acutissimi, chronici dicuntur morbos non esse nisi liberorum, amen, quia constat, in pueris inde ab altero usque ad septimum itae annum multo saepius quam in ulla provectiori aetate inveiri illos morbos, in eum locum adducitur, ut eos infantium moris adnumeret. Sane quidem praeterea in liberis tam juvenilibus tiam aliis indiciis cernitur quam serius: id quod ex discrimine endet, in rationibus anatomicis et physiologicis. Quae quum ita int, etiam puerilis aetas tanquam causa consideratur, qua morbus le quasi praedisponatur: quae quidem sententia, quantum habeat eritatis, iis, quae publice referunt infantium medici, demonstratur.

De pathologici, quo hic morbus continetur processus ratione nter omnes fere artis existimatores convenit, acuti hydrocephali ausam in inflammatione positam esse, cujus rei haec sunt testiıonia:

1. Symptomata, quae vel proxime similitudine accedunt ad a, quae in capitis inflammatione observantur: id quod in exteris laesionibus cernitur.

2. Sectio, quae luce clarius demonstrat, ibi inflammationis uasi focum fuisse; ostendit enim talia, qualia a nullo alio pro-

cessu effecta esse queant; veluti pus vel alius liquor, quo albumen fibrae materia, vel purulenta corpora continentur; praeterea pseudomembranae, quae aut plane conformatae omnibusque numeri consummatae, aut in eo sunt, ut constituantur et temperentur aut jam emortuae. Ceterum etiam inveniuntur cerebri et emolli tiones et infiltrationes, magnae secretiones serosae: qualia ex in flammationibus sane nata esse possunt.

3. Therapia, quae si ordinata quaedam antiphlogistica est mira profecta sanationis indicia prae se fert.

Etsi igitur nemini dubium erit, quin de inflammatione in ho genere sermo sit, tamen videbimus hydrocephalum acutum no esse puram inflammationem. Proxime jam occurit quaestio, quid nam in corpore inflammatum sit, si de hydrocephalo agitur, utrum una an omnes membranae, ütrum cerebrum an omnia inflamma tione sint capta: qua de re quoniam nihil adhuc constat, emerg hydrocephalus acutus quam vaga sit notio neque certis finibu definita. Quoniam autem non ei sumus, qui, si de capitis inflam mationibus agitur, vel aliquo modo pro certo affirmare possimu quatenus partes inflammatae sint, et quum meningitin a totius ca pitis inflammatione distinguere difficillima sane diagnosis sit semper redeundum nobis est ad sectionem, unde certa quaeda judicia hauriamus. —

Atque intelligitur quidem in hydrocephalo acuto omnia, qu capite continentur capta esse; est igitur hic morbus non gen quoddam meningitis, sed encephalitis, quae et ipsa varias patet modificationes.

Neque pigebit hoc loco altius in disputationem descendere.

1. Symptomata.

Hydrocephalus acutus, velut quivis morbus gravior et is qu dem interior, plerumque perspicuos habet prodromos, qui semp fere eodem modo in lucem proferuntur. Sed quo minus intelli

tur, quo nexu partes, in quibus prodromorum symptomata existunt cum ipso malo teneantur, eo plus habet eorum cognitio gravitatis vel ponderis.

Illustrissimum sine dubio inter hos prodromos symptoma est perturbatio quidem in organis digestionis. Edendi cupiditatem infans plane vel maximam partem amittit et lingua contecta malusque odor ex ore idem est, qui in gastricis perturbationibus cernitur.

Alvi exinanitiones nullam omnino certam sequuntur legem et excrementa diversissimam consistentiam et colorem habent. Alias magna cernitur stomachi irritatio et morbus incipit ab alvo semper constricto et magna vomitione. Praeterea flaccessit infans et dormitat oculi lentum habent aspectum denique universus perspicue organismus laborat. Magnam inter hos prodromos vim habent dolores sine ulla quidem conscientia prolati: perterritus magno clamore ex somno expergiscitur infans neque raro alti singultus et gemitus audiuntur.

Quae symptomata, quo modo cum posteriore malo in connexu sunt, difficillimum est ad enucleandum; sunt enim, qui has perturbationes causam ipsam mali esse, dictitent, sunt etiam, qui utrumque alii causae tribuant. Atque prior quidem sententia eo nitebatur, quod canalis alimentaris noxiis viribus magis, quam cerebrum apertus sit et quod cerebrum sympathica via affici debeat.

Atque hanc qui sententiam prae se ferant, eos magno errore labi mea quidem fert opinio; etenim si verum est, digestionis organa facilius quam cerebrum affici posse, causa aliqua movens illa facilius afficiet, ita ut cerebri malum et digestionis perturbationes non sint intelligendae tanquam causa et effectus, sed utrumque tanquam res effecta alius cujusdam causae. Neque illud, quod medicina, qua digestionis perturbationes recreatae sunt, prohiberet, quominus cerebri malum erumperet, nulla foret demonstratio satis quidem firma, cum augurari nequeamus, utrum singulo casu has

perturbationes hydrocephalus secutus sit, et quoniam nihil obstat quominus ipsi instauratis digestionis organis, morbum in ipsi incunabulis restinxisse possimus. Cum autem praeterea alias ha perturbationes plane desiderarentur, cogimur suspicari, aliam sub esse causam. Atque ego quidem eorum sententiae adstipulor, qua fere omnium jam communis est, tuberculosin, quae semper com plicata cum hydrocephalo est, proximam quidem hujus morb causam esse, quae effectu quodam erumpit; notumque est, aliquan majorem irritationem, quales sunt, operationes, dentitio, eruptio nem maturari.

Ad ipsius morbi adumbrationem me converto.

Erumpere potest morbus varia ratione, sed plerumque illi prodromis. Cursus morbi universe hic est. Ostendit enim infan perdurantibus illis symptomatis, res, unde affectum cerebru colligitur. Conflictatur capitis doloribus, qui non intermittuntu nisi ut graviore vi aliquanto post rursus erumpant. Sequuntu deinde spasmi et vehementes convulsiones, quarum quivis impetu aliquam relinquit paralysin, denique durans accedit coma, in qu vita solet extingui. Ex hoc cursu furor inflammationis elucet. E quo potissimum inflammationis vis cernitur tempore, pronus es infans ad omnes appulsus sentiendos; lucem ferre non potest ne que minus magnam vociferationem; pupulae sunt coartatae e quod maxime est proprium, convulsiones cernuntur in extremit tibus celeriter praetereuntes. Infans inscius manibus caput tang et nasum, similiter movet pedes et saepe ab imo pectore suspir ducit. In summa deinde inflammatione continuae existunt convu siones, spasmo laborat totum corpus vel singulae partes aliquamdi Magna haec irritabilitas cum inflammatione desinit. Illustria sig sunt neglectio omnium rerum circumjectarum, nullum sensus v alacritatis vestigium, altum coma et soporosi status; pupulae lucis irritationem parum vel nihil reagunt, et perpetuo mane dilatatae. In hoc comatoso statu mors existere solet. In ocul

currit in his duabus morbi partibus mutatus oris color; in inflammationis stadio ruber est, in posteriore pallidus.

Ad judicium aptius instituendum singula morbi stadia secundum symptomata separaverunt.

Dividendi momentum apud diversos diversum est autores.

Brittanici medici pulsum, Germani cerebri in diversis morbi partibus statum tanquam pathognomonicam constituunt notam. Nunc frequentissima ea est divisio, quam Gölis, nosocomii Vindobonensis pro infantibus exstructi medicus, instituit. Sejungit praeter prodromorum stadium tria etiam, quippe stadium inflammationis, exsudationis, paralyseos. Priora duo stadia nunquam fere dilucide possunt distingui, et paene semper satis est, stadium prodromorum inflammationis, paralyseos statuisse. Haec stadia facile possunt cognosci, etiam si morbus non est ab initio inde investigatus. Pulsum tanquam principium dividendi statuisse, non firma est ratio, quia hac aetate certa quaedam frequentia ejus non adeo constat, quam in posteriore aliqua et quia ille etiam in sano statu infantibus multo facilius quam postea vicissitudinibus obnoxius est. Constat tamen, pulsum apud infantes, qui hydrocephalo acuto aegri sunt, in magnis duabus partibus ingentem mutationem pati; in priore stadio ad ducentos ictus per minutam numerare possumus, cum postea ad centum vel minus descendit.

Quamdiu stadium quodque permaneat, pro certo affirmari nequit, cum diversissimis conditionibus ea prolongari vel amputari possint; tamen illud constat, nullum stadium diutius quam dies quatuordecim durare.

Ex his, quae diximus, emergit, morbum esse acutissimo cursu; ab summum tres vel quatuor hebdomades durat. — Transeamus jam ad sectionem, que praeter inflammationem etiam alia ostendit et declarat, hydrocephalum plerumque valde complicatum esse morbum. —

Sectiones.

Si quis caput infantis propter hydrocephalum acutum defunc- aperit, semper fere inveniet, duram matrem plus minus cranii adhaerere et saepissime arachnoideam cum dura et pia matre par- tim vel plane coaluisse. Constanter observatur effluxus liquoris turbidi plus minus albentis et e viridi pallentis: qui quidem liquo- saepe in clarum quoddam et crassum dementum deprehenditu- disjunctum et ortum quidem ex sedimento firmorum elementorum. Haec posteriora semper paene loca demissa tenent. Quae element- constant ex plasticis exsudationibus, cellis purulentis et aliis i- diversis vultus gradibus versatis. Imprimis repleti hoc liquor- sunt ventriculi laterales, sed inveniuntur etiam in superficie ce- rebri. Raro observatur compactum quoque exsudatum, quod inst- pseudomembranarum corporibus striatis et thalamis opticis inha- ret. Copia secretionis aquosae non adeo magna est neque unqua- transgreditur unciam. Multo major est copia, ubi acutus hydr- cephalus ad chronicum accessit, semper tamen ventriculi dilata- sunt. Cerebri consistentia ubique ita mutata est, ut seroso qu- dam liquore totum sit emollitum: id quod cum omnino in e- quae proxime absunt a ventriculis partes, tum potissimum in fo- nicem et septum cadit. Ex hac emollitione, quae quidem grad- tim amplificatur, cerebrum volumine augetur, instat parietib- cranii et gyri magis magisque evanescunt. Inde exsistunt cereb- membranae in superficie hemispheriorum exsangues et turbidae e-

Sectionis aliquis eventus, qui quum saepissime deprehendatu- summum habet ponderis, hic est. Etenim si interiores talium c- daverum membranae et in cerebri quidem basi investigantur, - tota fere earum extensione materia habet granosam speciem, - quod item ex inflammatione profectum esse priore tempore cr- debatur. Quae res quum sane non minimum in se haberet mi- multae sunt et accuratiores institutae disquisitiones, unde intelle- tum est hos nodos grano milii similis esse tuberculosam materiam

uae easdem habeat notas atque tubercula, quae in phthisicorum ulmonibus inveniuntur. Quum plerumque in arachnoidea hae ranulationes observentur, tamen etiam in ipso cerebro interdum bviam fiunt. Sunt etiam tales aegroti, apud quos in partibus reiotioribus veluti in pulmone, in intestino etc. tubercula inveniintur, quae quidem eodem proprio sunt colore, helvola cana, et iterdum magna copia cumulata. Deinde etiam ostendit sectio niversam anaemiam.

Secundum Rokitansky duae hydrocephali acuti formae sejunendae sunt, quarum quum altera sectionem antea descriptam stendat, altera plane diversa est. In hac enim conspicuum est iagnum liquoris clari, serosi et omni colore carentis effluvium ı cerebri ventriculis, atque hic quidem cerebrum etiam magis st emollitum volumineque auctum. In priore forma non exsistunt xsudata nisi plastica, in posteriore serosa. Emollitionem hic intantem Rokitansky albam sive hydrocephalicam vocat. In utraue praetrerea forma proprio quodam modo rubris maculis cererum variatum est, quod a distractis capillaribus manare dicitur. 'rius autem, quam in hydrocephalo acuto considerando pergo, ommemoro formam, quae ad hydrocephalum acutum vel proxime ccedit et nomine hydrocephali acutissimi (apoplexiae serosae) icitur, in quam rem altius descendere opus erit.

Quod ad primam formam attinet, illud sine dubio maxime repuındum est, sectione talium corporum ampla in cerebro vel aliis artibus tubercula in lucem proferri. Atque is quidem multo freuentior est eventus, quam quae ex altera forma gignuntur, indeque uae natura sit hujus morbi formae sic conjectura assequimur. Proessus est omnium, ex quibus caput compositum est, partium inammatio, quae in parte fibrosa plerumque habet tuberculosa exsuata, aut morbi natura constat ex acuta tuberculorum in cerebri ıembranas secretione. Vera tamen inflammatio nunquam conosci potest. Quae vero inter duos pathologicos processus inter-

cedat necessitudo, non satis constat. Plurimum praeterea habe verisimilitatis, hunc hydrocephalum et substantivum posse morbu et secundarium esse. — In posteriore forma accedit potissimu ad cerebri tubercula, ubi descripta ratione exsistit, et saepissim cum tuberculis jam praesentibus conjunctus deprehenditur, qual etiam aetate provectiore occurrere potest, quum primaria form puerili aetati propria sit.

Altera forma nihil plane suppeditat, unde inflammationem ju posse statui intelligatur. Subesse ei videntur hyperaemiae, qual saepe apud infantes inveniuntur, unde magni serosi in ventricul et ipsum cerebrum effluvii disjunctionem effici intelligitur. Ha effluvia post longum tandem tempus possunt mortem gigner Itaque hic hydrocephalus chronicum cursum habere posset neq tum acuti hydrocephali partibus adnumeraretur.

Plane aliter se habet hydrocephalus acutissimus, qui quide est morbus ad inflammationem propensus sine ulla alia compl catione. Hic sectio ostendit majorem liquoris copiam, pus arachnoidea, serosa in piam matrem effluvia et cerebri infiltr tionem; membranae autem nulla habent vestigia granulationi tuberculorum nulla inveniuntur indicia. Inter hydrocephalum ig tur acutum et acutissimum haec potissimum discrimina interc dunt. Acutus hydrocephalus semper invadit infantes scrophulos originis vel scrophulosae indolis; sunt fere anaemici, male nutr et omnia gerunt vestigia scrophulosae dyscrasiae; praecipue morbi cursu magna perfectur virium debilitatio. Contra q hydrocephalo acutissimo laborant infantes, semper validi sunt magno flore exsultant beneque nutriti. Currit hic morbus ra dissime neque multo supra diem vel etiam nonnullas horas dura solet; vultus valde ruber est, pulsus durus et frequens, caput ca dissimum, excrementa parca habentque colorem obscurum. Veh mens vomitus et spasmios ractus perpetua sunt symptoma febris inflammatoria semper adest. Omnia haec symptomata etia

ı altera forma reperiemus, sed in modificatione. Rapidus ille ydrocephali acutissimi cursus causa erat, cur diceretur apolexia serosa.

Sed hic locus est quo commemorem, de quaestione; illa utrum ydrocephalus acutus et meningitis tuberculosa idem sit morbus, nnon, diu et multum disputatum esse. Sejunctio duorum morprum eo niti dicebatur, quod in meningitide nihil nisi meninx, hydrocephalo etiam cerebrum ipsum laboret. Sed hoc discrien omnes sine dubio relinquent, qui, quamvis vero discrimine, racticae tamen medicinae minimum suppeditari praesidium, cum vivo meningitis ab encephalitide non possit distingui, et in istinctione duorum statuum tamen curationem ipsam semper bi constare, reputaverint. Ex Wunderlichii sententia omnis fere fantum morbus aliquanto gravior plus minus cum scrophulis njunctus est, neque infitiatur Bockius, acutum hydrocephalum erumque cum tuberculosi cohaerere, et idem tum esse quod eningitidem tuberculosam. Vix igitur in hoc praesenti morbo o certo affirmari potest, utrum meningitis adsit an encephalitis, facile intelligitur, si meningitis et encephalitis, cum tuberculosi njunctae, in individuo simul deprehenduntur, illud hydrocephalo uto laborare. Atque hoc sine dubio in priorem hydrocephali rmam cadere sentio, quoniam altera forma, quippe quae magis l chronicam inclinet, huc referri non potest.

Hydrocephalus acutus morbis adnumeratur periculosissimis, prior quidem ejus forma secundum autores francogallicos mper mortem gignit, ita quidem, ut pueri, qui contra opinionem nvalescunt, mox phihisi pulmonum laborare coeperint et sic oriantur. Alteri formae saepius medentur. Sine dubio semper de multum pendet, quo tempore ejusmodi infans in curationem niat et quanta vi suspecta symptomata tollantur. Infantis constitio plerumque discrimen debet facere aut diagnosi hydrocephali uti aut acutissimi aut prophylaxi. Ipsae remissiones in crisi

morbi fere non commendant conjecturam, sanari aegrotu nisi forte diu durent; recidivi enim etiam minorem praebent spe quam morbus antea.

Praecipuae hydrocephali acuti complicationes hae sunt: t mores folliculorum intestinalium et glandularum lymphaticaru chronici catarrhi, rhachitismus et ante omnia gastromalac Posterior utrique formae pariter convenit, prior magis alte Notandum est, in rhachitismo potissimum hydrocephalum cu cerebri hypertrophia occurrere. Haec semper comitatur rhachit mum, et hydrocephalus in primis cum rhachitismo thoracis, hyd cephalicae quam vocant thoracis formae (Engel) cohaerere videt

Exitus.

Duarum hydrocephali acuti formarum prior, quam tubercu in acutam diximus semper letalis est, posterior, si non ni magna est et cerebrum non plane destructum, sanari plus mi potest. Sanatio vero in his posita est:

I) inflammationis effectus plane resorbentur et cerebrum legitimum volumen, formam et consistentiam redit.

II) pars tantum aliqua exsudationis resorbetur, pars in ve triculis relinquitur, qui amplificantur; quae chronica est forma

III) exsudata sunt organisata et ventriculorum ependym condensant. Hae membranae autem diversissimae sunt, in spe aut granulationum subtilium vel crassiorum aut majorum naevoru aut verarum pseudo-membranarum.

Curatio.

Complicata morbi forma qualem hydrocephalus acutus dem strat efficit, ut certa quadam curandi via procedendum difficile e dicatur illud tantum ante omnia agendum erit, ut periculosissi tollantur, sympthomata itaque exspectativa quaedam ratio ad beatur.

Tamen jam tantum de morbi natura scimus, ut etiam rati satisfaciendum nobis sit et rationalis cura, quae in stadio prod

iorum simul prophylactica esse debet, maximam felicis eventus pem praebebit.

Si infantem curamus, qui perturbationibus in digestionis ornis laborat, eumque indolem scrophularum habere constat, nnibus viribus enitendum est, ut hac perturbationes removeantur. roxime enim adest suspicio periculosi tuberculosis in cerebro entus et prophylactica ratio ideo instituenda est. Quaecunque itur indolem illam augere possint aut in legitimum morbum onformare, ea summa ope vetanda erunt. Quo referenda sunt aec: vitia diaetetica, quae praesentem chylum non emendant, ergo bi qui difficile digeruntur, commoratio in impuro frigido et huido aëre, magni corporis et mentis labores, somni perturbationes, ollicitus animi habitus. Alvus ut solvatur, optime efficitur caloelane quae ad 1—2 gr. pro dosi praebetur. Alia purgantia fere ullum habent eventum vel certe nimis parvum quia obstructiones ertinacissimae sunt. Minores aliquot magnesiae sulphuricae doses ffectum adjuvant. Remotis igitur per ea quae diximus remedia is perturbationibus, recreantur fere infantes tardius, in qua reonvalescentia sine periculo tonica possunt dari: id quod praeentia scrophulosae diatheseos optime commendatur et eventu onfirmatur. Cibus praebendus est bonus, quique facile congeritur, nprimis lac, quod alii saepe solum per se ad aegrotum recreanum idoneum esse dicunt.

Dicantur hoc loco quaedam de hoc alimento. Constat, vitia utriendi locupletem praebent fontem aegrotationibus infantium, raecipue eis temporibus, quibus irritabilitas per se satis magna iis quoque rebus veluti dentitione augetur. Auferri uberibus jam nte haec tempora infans solet, quod magnum esse vitium ab lustribus autoribus judicatur. Lac igitur maternum quemadmoum convenientissimum est alimentum infantibus, ita etiam optium et diaetetica vitia mox aegrotatione vel concoctionis perturatione cognoscitur. In ciborum qui nocent numero inprimis sunt

materiae, quibus amylum continetur. In lacte omnia insunt qu: ad sustentationem necessaria sunt, saccharum lactis respond amylo, panis gummi materia casea. Compensari lac nullo mo potest neque aliud alimentum in hoc genere cum lacte materi comparari potest.

Primum igitur in curatione hydrocephali acuti prophylacti praescripta assidue servanda sunt. Saepe stomachi et intesti status tam irritabilis est, ut purgantia illa mox rursus evomantu ubi clysteres in loco sunt. Si morbus in inflammationis stadiu venit, de curandi via dubius esse nemo potest. Adhibenda e antiphlogistica sanandi ratio, quoad in talibus pueris praese quidem tuberculorum discrasia fieri potest. Magna extensione cu non poterit institui, sed si pulsum infantis durum et frequente caput calidum, vultum rubrum esse invenimus, sine dubio sangu nis exinanitio indicata est: quae utrum venaesectione instituen sit an hirudinibus multa sunt disputata, sed sine certo quoda eventu. Constat autem venaesectiones effectum firmis ad intesti canalem derivationibus adjutum multo clarius et firmius in org nismo exprimi, quam ullam aliam sanguinis exinanitionem. Pra terea experientia confirmatur, infantes venaesectionem viribus qu dem idoneam optime pati. Altera venaesectio utrum necessaria s an ad hirudinum vel cucarbitularum applicationem progrediundu an omnino in posterioribus remediis consistendum, id quidem singulo quoque casu eminebit. Quantum sanguinis removendum eventus ostendit, qui diligenter a medico custodiendus est; soli venaesectio 4—6 unciarum suppedit. Semper tamen quod adl beatur remedium dignum est frigus, quod via recta capiti app catur. Neque nimis aptum est in talibus infantibus diutius cap glaciem imponere: quod idem efficitur pannis qui frigida aq imbuti saepius mutantur; indicatum hoc remedium est calore pra sente et splendidi interdum sunt eventus. Situs praeterea aptissi sublimis est, cujus ipsi non raro infantes desiderio tenentur. Co

:at praeterea vesicatoria saepe se utilissima praestitisse, in quo
llud tantum observandum est, qui hydrocephalo laborant infantes
emper cutem habere valde irritabilem, quae quidem irritatio ve-
catoriis augetur.

In postremo stadio, in quo inflammationis eventus valent, in
adio cerebri pressi et debilitati, illi eventus, quam maxima ope
eri potest, repellendi sunt; ad quod assequendum una via est re-
orbendi. Jodum in tincturae vel solutionis forma ½—1 gr. pro
osi binis vel ternis horis datum maxime prodest et aptissime tan-
uam adjumentum etiam unguentum kali jodatum in caput infricatur.

Haec rationalis in hydrocephalum acutum ratio optimo orna-
ur exitu. Remedia, quae a multis commendantur accuratiore etiam
idigent et disquisitione et observatione: in quibus quidem reme-
iis quaedam ex diureticis sunt, veluti, digitalis, colchicum, an-
monium, quae multum profuisse dicuntur.

Hydrocephali acutissimi curatio eo simplicior est, quia hic
era inflammatio est. Antiphlogistica ratio tota extensione adhi-
enda est; locupletes venaesectiones, validae alvi dejectiones, et
ontinua frigoris ad caput applicatio remedia sunt, quae, si ma-
ure adhibentur, optimum pollicentur eventum.

Atque hoc loco mentionem injicio alii morbi formae, quae
ropter symptomatum similitudinem cum hydrocephalo saepe
ommutata est: quam ob rem etiam hydrocephalus spurius voca-
us est.

Notum est, compressione cerebri qualibet causa effecta, sta-
um existere, quam Coma dicimus; tales status congestio nobis
apoplexia ostendunt. Constat autem, cerebrum officiis suis le-
itima ratione non posse fungi, nisi certo quodam pressu; qui si,
ut augetur aut diminuintur, cerebrum aegre afficiet. In utroque
ısu cerebri existunt species, quas sibi ipsas similes esse experi-
ntia docet, ita quidem est, nisi ex alliis rebus vera rei conditio
onjectura possit intelligi, semper ancipites haereamus. —

Hydrocephalus chronicus,

forma hydrocephali est, quae summo jure hoc nomine dicitu ejusque diagnosis facilis est. Primum lineis quibusdam adumbra in animo habeo.

Symptomata.

Quonium cranium infantis recens nati in omnibus partib mollis est et flexibilis, cum suturae et commissurae nondum a sind, sed spatia quaedam exhibeant, quae membranis elastic inter se conjuncta sunt, naturae consentaneum est, effluviis calvo cranii in talibus infantibus magnas permutationes physic formae et magnitudinis capitis effici, et in praesenti morbo h mutationes sola sunt symptomata, cum omnia alia consecutiv demum significationes sint. Videamus jam, qua re hoc unu magnum symptoma elucet.

Quod primum in oculos incurrit, valde impar est ratio int cranii et alia capitis ossa; quod inde fit, quod liquor aliquis, q semper in dies augetur a centro capitis ad peripheriam petit, it que partes, quae facilo vi cedunt, in quaslibet formas convert Primum cedunt fonticuli et suturae, quorum amplitudo in exc tis hydrocephalis ingens fere est. Haec membranacea spatia sae adeo crescunt, ut resistentia eorum, quamvis magna vi elasti non intelligeretur, nisi constaret, in talibus infantibus plures i venire et majores membranas, quam in validis. Verisimile est p crescente liquore etiam membranas crescere, neque a princip jam adesse. (Watson.) Hae membranae valde possunt extendi concedunt liquorem caput in quamlibet formam redigere. Sic o servatum est hydrocephalica crania angularia rotunda acuta fin

Jnterdum totum reliquum corpus, ergo etiam, quae non ta guntur capitis ossa, aut satis pariter, aut infra legitimam mag tudinem formantur, itaque deformitas efficitur vel maxime ch racteristica. Os frontis, quod in hominibus forma recta praedi semper paulo retro inclinat, adeo in frontem propellitur,' ut pae

d perpendiculum constituatur, vel etiam superne proclive sit; andem plane situs mutationem, sed ad aversum os occipitis patur. — Hac re partes orbitales et auriculares alte deorsum deressae existunt, item ossa parietalia ad utramque partem deceunt, qua re caput latissimum et in superiore parte planum videur. Quae descriptio imaginem praebet hydrocephalici cranii, ualis solito occurrat; modificationes rebus vel casu allatae sine ubio nunquam deerunt, ita tamen ut exhauriri nequeant.

Deinde ex hac capitis amplificatione profecta quidem a gravi nateria consequetur illud, ut, quia columna vertebrarum debiior est, quam quae caput ferre possit, tales infantes aetate aulo prorectiori magno negotio recti ingredi possint. — Graviera propter id, quod in vita habent momentum, symptomata illa unt, quae hydrocephalo demum gignuntur. Ejus modi indicia n hoc morbo semper pro opinione cernuntur et plerumque quiem in his: infans enim aut uno vel pluribus sensibus privatus st, aut in partibus quibusdam debilitatus, aut amens, id quod aepissime usu venit, aut unus vel plures nervorum complexus lane mortui sunt aut contra normam funguntur. Sed quod satis nirum esse non potest, hydrocephalorum etiam exempla sunt in uibus, si a sensuum et mentis virium aliqua imbecillitate vix uidem prespicua discesseris, nil desideraretur, quod ad officia mmnia vitae communis necessarium est. Etsi in talium hominum orporibus nihil de cerebri materia desiderabatur, tamen semper ngulorum partium forma et situs continuo pressu mutatus est, t mentis agitationes inturbatae eo majorem mirationem excitant, uo certius scimus, jam singulum aliquem cerebri locum, si presum patitur magnas efficit perturbationes. In iis, quos diximus, asibus ex aequo undique in omnes cerebri partes pressu functinum satis recta executio declaranda videtur et illud inde effici, t, si quidem tota materia non violata est neque minuta, ex orma et situ singularum inter se partium non ita multum pendeat.

Neque desunt exempla anencephalorum et microcephalorum. Fieri etiam potest, ut in chronico hydrocephalo pressus mortiferum coma non gignat, quia sensim cum crescente liquore et ipse crescit, itaque consuetudine cerebrum aditu facilius huic noxiae vi reddit. Constat autem, hunc pressum non debere certum quendam gradum migrare; tum enim symptomata eadem videremus quae in postremo acuti hydrocephali stadio. Cum autem hic ingens pressus non aliter possit evitari, nisi forte spes adsit, fore ut cranii parietes instanti liquori latiorem concedant campum, jure tempus illud metuendum est, quo cranium ossificari et suturas ac fonticulos claudi experientia firmatur. Felices casus etiam hic sunt observati, cum pressus, quominus spatia clauderentur prohiberet itaque aliquamdiu novum pararet campum. Sed hoc minime est norma. —

Tanquam supplementa ad morbi indicia etiam hae complicationes recensendae sunt. Lingua semper plus minus affecta est: sunt qui loqui omnino nequeant, aut postea demum linguam amittant; praeterea fere semper observatur magna extremitatum extenuatio; infantes difficillime ire discunt, vel omnino non discunt; macrescunt et dormitant saepe rabismus animadvertitur; spasmi et tremores faciei musculorum, rigor in membris, epileptici et apoplectici impetus, paralyses, sapor et amentia frequentes sunt comites testesque cerebri parum recte exculti. —

Sectiones.

In aperiendo capite infantis hydrocephalo chronico mortui semper in cranii cavo invenimus liquidam aliquam materiam non ita parvam, quae flavum habet colorem et alcalice reagit, liquoris copia variat inter 3—10 libras. Ipsum cerebrum ex anatomica ratione semper in situ, forma et consistentia mutatum est, saepe quidem ita, ut, quae fuerit naturalis forma, ne conjectura quidem assequi possimus. In singulis casibus omnino nullum cernebatur

erebrum, totum cavum claro illo liquore repletum erat; interdum liqua ex parte adest, semper tamen valde mutatum. Ejusmodi iutationes plerumque consequuntur ex pressu, etsi negari non otest, ejusmodi deformitates etiam a principio existere posse. iquor in cerebro non violato plerumque in ventriculis est, qui igentem in modum extenduntur; alias liquor non in interiore, ed in superiore cerebro invenitur, inter ipsum et arachnoideam. erebrum tunc plane est compressum in materiam informem conlobatum. Ubi igitur liquor in ventriculis est, cerebralis circa eos ateria, in primis in superiorem partem, valde extenuata, quin iam non raro plane deleta, neque quidquam praeter ependyma ernitur. Intus et deorsum corpora striata et thalami optici deives sunt reddite et distracti, corpora quadrigemina in planum onversa, commissurae loco suo motae et distortae, fornicis crura istracta, septum et corpus callosum in altum protrusum. Cereellum deorsum planum est, pons item in planum pressus vel alir destructus; gyri plane deletae, omnes membranae valde exnsae et extenuatae. —

Si morbi naturam accuratiore quodam judicio examinamus, scrimen inter hydrocephalum congenitum et acquisitum negari on potest, etsi in anatomicis signis et in genesi non ita magna t differentia. —

Harum duarum hydrocephali chronici formarum summa conietur capitis hydrope, qui satis explicatus nondum est. Colley edicus brittanicus, plerumque quidem, inquit, in basi cranii ircinomatosa vel tuberculosa tubera sese invenisse, quae conspiia sinus, inprimis sinum transversum praemant; sed tamen hoc on confirmatum est. Scimus de hac re quae sequuntur. Acquisis chronicus hydrocephalus aut continuatio est aut exitus acuti ejus quidem alterius potissimum formae, aut ab ipso principio lis existit, id est, consequitur ex cerebri aliquo morbo in temis exacerbante. Quae forma cum qualibet aetate, tum saepissime

primis infantium annis occurit, ubi etiam propter physicas crani rationes ad altissimos ascendit gradus. Quaquae aetate effingitu ex continuis hyperaemiis, quales apud infantes evolutione, apu adultos ingentibus mentis laboribus, frequente ebrietate nituntur.

Congenitus chronicus hydrocephalus eandem habet genesin nisi tempore discrimen aliquod efficiatur. Aut consequitur ex acu to in foetu aut propter continuas hyperaemias aut neoplasmat in cerebro statim tanquam chronicus existit; postremum cert saepissime observatur, quoniam, qua cerebrum effingatur ration serosae cumulationi opportunissima est ibique hyperaemiae sat constantes sunt. Secundum Rockitansky aegrotatio ependymat praecipua in hoc genere causa est; prohibere enim illam, inqui cerebri formationem et ex hujus aegrotationis gradibus cereb monstrum et cognationem inter hydrocephalum et hemicephalia et hydrencephalocelen pendere.

Exitus.

Hydrocephalus congenitus saepe, etsi jam gravior est, in pu rilem, juvenilem, quin viritem aetatem profertur. Inter remission cerebrum crescit et cranium ossificatur.

In singulis casibus etiam hypertrophia cerebri cernitur. Sa pissime exitus est mors, ex liquoris pressu in cerebrum explicand

Praeterea saepe meningitides occurrunt.

Rarior est ruptura cerebri cum extravasatione serosi liquor in ventricula sub pericranium et galeam aponeuroticam. Co memorandae denique haemorrhagiae in arachnoideae sacco et aliis cavis. Congeniti hydrocephali exitus item fere mors est, v alii morbi mortiferi. Sanatio non potest existere, nisi in proces impediendo.

Mortem gignit, ad certum quidem gradum provectus, pres et paralysi aut processu ad acutam in cerebrum exsudation aucto aut meningitide.

Prognosis iniquissima est et radicalis quidem sanatio adhiberi non potest, quamvis allatis singulis casibus (Goelis). Morbus cur sanari non possit, ex his elucet. Cum sanguis foetalis partium aquaticarum locupletissimus sit et vasa capillaria in hac periodo multo facilius vim elasticam amittere possint, et quoniam ejusmodi mutationes eo tempore minus, quam postea, possunt restaurari aut forte quum vim elasticam non dum omnino habeant, facile intelligitur talem mutationem vel talem inopiam etiam permansuram esse; itaque morbum quoque ipsum proxime afuturum ab exitu; id quod eo magis morbum sanari non posse testatur, quoniam genesis in tempus incidit, quo medicus succurrere non potest.

Curatio.

Hydrocephali chronici curatio nihil aliud agere debebit, quam ut liquor effusus resorbeatur, aquaticae sanguinis partes deriventur, cranium imminuatur. Prius illud etsi, quia magnam aquae copiam plane resorberi vix credibile est, levissimo momento est; tamen optime assequimur cali hydrojodato cum tinctura jodi aut jodo puro, quae ad grana V quotidie praebentur et quod drasticis medicamentis catharticis adjuvatur. Dirivatio partium aquosarum majore jam momento est, multoque major inde spes suscipi potest, quam ex jodo. Ad hoc efficiendum diuretica et diaphoretica praebentur, ex quibus ordinibus medicamenta pro re eligenda sunt. Ea autem, in quibus summa spes poni potest, medicamenta mechanicae naturae sunt et duabus rationibus adhiberi queunt, aut compressione aut punctione. Quum duae curandi rationes fere unum hic sint remedium, non sunt habendae tanquam ultimum refugium, sed jam mature adhibendae. Ex compressione in infantibus parvulis tantum aliquid exspectari consentaneum est. Verum est compressionem in singulis casibus splendide probatam esse, sed unde utilitas veniat, enucleari certe nequit; plane contra rem sese habere quis judicet, si reputat, pressum, quem membranae patiantur,

post compressionem cum pressu jam praesenti multiplicari debere itaque summum habere discriminis. Quamquam sic non est. Multae sunt explicationes tentatae, quarum maxima probabilitate hae est. Statui potest, facilitatem capitis ossum hydropico effluvio perpetuum esse irritamentum, ita ut sublata hac irritatione, si minus resorptionem, at certe institionem effici ampliorique cumulationi finem imponi. Compressione hoc loco efficitur, quod fit, si assul lignea, unde inflammatio nata est, removetur.

Quod alii dicunt, minore pressu totum contineri morbum, hujus quidem rei causa inveniri non potest. Ante omnia hac in re gradus compressionis recte inveniendus est, quoniam periculum est ne nimius extrinsecus pressus non inveniat idoneam repercussum cerebro quidem non extincto. Effectus talis compressionis ligatura ratio est, quam sequi debemus. Neque minus observanda est progressiva pressus auctio. Si autem aqua in tali curatione resorption minui aut cumulatio major praecidi creditur, sine dubio utiles eventus adjuvabuntur, si cum compressione vehemens quaedam diuresis conjungitur et aliquamdiu sustinetur. Perficiendae compressionis ratio vel maxime practica a Barnard statuta est. Utitur emplastri adhaesivi scidulis digiti latitudine. Ligatura autem ha ratione fit. Primum caput circulis nonnullis circumdatur, et quoad fieri potest, frontis, occipitis et verticis ossa includuntur; tum scidula per caput ab altera parte ad alteram neque aliter a fronte ad occiput ducuntur, ita ut totum speciem referat mitrae Hippocratis. Barnard simul commendat oleum ricini praeberi. Consequuntur ex hac compressione in opportunis casibus contractio capitis peripheriae, deminutio et omnium morbi indiciorum sublatio.

Alterum adminiculum mechanicum suppeditat punctio, qua directa aquae imminutio efficitur. Praecipue in hac re illud observandum est, ut exinanitio modica sit diversisque temporibus fiat quo melius cerebrum sensim consuescat utque iis quae interposit

sunt temporibus semper alvus soluta et diureses sustententur validae. Expurgantibus rursus calomelas optimum est remedium, quoniam non catharticum solum medicamentum est, sed etiam resorbens. Operationis executio fit per parvum quod vocant „troicar“ instrumentum, vel per acum cataractae, quae aptissime in antico magni fonticuli margine ad perpendiculum in profundum diriguntur, ne sinus longitudinalis et venae in eum effusae laedantur. Liquorum optime ex canula effundimus et accurata observatio pulsus, pupillarum et vultus aegroti operationem finiendam esse aut prolatandam ostendet.

Utile erit, pressum cum liquore sublatum extrinsecus leniter compensare. — Consequi autem possunt irritationes, quae non raro inflammationem gignunt, subitae animae defectiones et cet., quae quidem aptae curationi mox cedunt. — Compressio et punctio unicam sationis spem in hydrocephalo chronico habent; sed utra curatio summam habeat utilitatis, ex singulo quoque casu intelligi debent. —

Encephalitis.

Hoc nomine fere illi casus acutae totius encephali inflammationis dicuntur, qui vehementi cum febri, magno erethismo et continuis deliriis conjuncti sunt.

Symptomata.

Ex encephalitidis symptomatis satis accurate duo cognoscuntur stadia, stadium irritationis et collapsus. Prout inflammatio in cranio augetur aut finitur, symptomata illorum stadiorum minus clara sunt, aut mixta, sed tamen semper fere distinguenda.

Priore stadio haec potissimum symptomata sunt capitis dolor vehemens et longe patens, conspicuus et durus arteriarum temporalium pulsus, ruber vultus, oculi valde injecti, praecipue autem excitatus contra omnem vim externam sensus pupillae coartatae, deliria vehementia, insomnia, impetus universarum convulsionem,

sicca cutis, frequentissimus et durus pulsus, lingua valde contecta, nausea, vomitus, alvus obstructa. Quae symptomata non stricte certo cuidam tempori vel ordini adhaerent, multisque casibus aliquot plane desunt; quae tamen adsunt, saepe nulla ratione nota ad cerebri malum pertinent. Magna stomachi irritatio constans videtur symptoma esse; evomuntur etiam minimae cibi et potus copiae. Saepe etiam morbus a vehementissimo capitis dolore incipit, quem subita deliriorum eruptio sequitur; rarius existit morbus cum impetu convulsionum, unde statim morbus cerebralis potest intelligi. Verisimile est hoc discrimen pendere ex ea parte, in qua inflammatio incipit; sed tamen semper res est dubia, quoniam ignoramus, quomodo certarum partium inflammationes significentur. Ex sectionum et eorum, quae in vita observata sunt, comparatione multae conclusiones factae sunt, veluti quidem dixerunt vehementibus deliriis affectionem omnium capitis viscerum poni; sed de certa quadam norma sermo esse nequit. Stadium illud exaggerati sensus ad summum aliquot durat dies et jam mira existit mutatio, quae perspicuis universi collapsus indiciis significatur. Deliria desinunt, loco vividi rubri vultus faciem videmus languidam et tardam, soporosi existunt impetus, sensus et imprimis visus et auditio obtusi sunt, pupillae dilatantur neque ullum habent motum, convulsiones minuuntur, membrorum tremor succedit, denique coma existit, cum eoque mors.

Currit morbus rapide, invadit autem homines plerumque aetate juvenili.

Sectiones.

Etsi verum est, nunquam ex encephalitide cerebri inflammationem tota quidem extensione posse demonstrari, sane nemo negabit encephalitiden existere circumscriptarum partium cerebri inflammatarum instar et satis quidem magnarum. Inflammationis processus saepissime sedem habet in alba cerebri substantia et signa secundum Rokitansky haec sunt:

1. Magna aegrotae partis injectio et satis clara ejus emollitio.
2. Praeter injectionis ruborem similis in ipsa substantia rubor cernitur, qui a multis et parvis extravasationibus profectus est (Apoplexia capillaris;) neque deest praetera emollitio.
3. Conspicuae exsudationes. Quo vehementior fuit exsudationis processus, eo frequentiores et ampliores cernuntur extravasationes; liquida exsudati pars pervadit et emollit cerebrum; color hic est secundum tempus et exsudatum pallidior.
4. Exsudationis processus cerebri substantiam plane destruit; Textura omnino sublata vel discussa (rubra emollitio), cujus natura semper inflammatione aliqua nixa est. In hac pulte fragmenta integrae medullae cernuntur et extravasata et organisatum fibrosum exsudatum.

Si in substantia corticali cerebri processus sedet, characteres re eidem sunt, nisi quod omnia propter majorem vascularitatem ajus substantiae ad altiorem explicationis gradum provecta sunt.

Diversitates consentaneum est etiam hic inveniri, quae in his re continentur:

1. Inflammationes circumscriptae per totum cerebrum reperiuntur, quae non agnoscuntur, nisi similitudine aliorum inflammationis processibus; nihil tum cernitur, nisi aequa emollitio. Quod si est, exsudatione paucae continentur substantiae, quae ordinari recte possint.
2. Inveniuntur inflammationis foci in profundc, in quibus descripta supra emollitio non observatur. Consequitur hic status ex torpore exsudatorum, quae ordinari possunt, quaeque postea commutata aut diffluent, aut solida fingent tubera. —

Inflammationis sedes universe est substantia magnorum haeisphaeriorum et substantia cinerea vel maxime videtur idonea se. Ibi potissimum circa corpus striatum et thalamum opticum istit. Magnitudo partis inflammatae mutat inter magnitudinem ıcis et pugni quin adeo totius haemisphaerii.

Exitus.

1. Dispertio non invenitur, nisi initio processus et minim quidem gradibus.
2. Atrophia resorptione productorum eaque re nisa quod pa exsudati metamorphosin init; tunc enim loco partis inflamm tae tela invenitur, qua albus et floccosus liquor continet Circumjecta cerebri substantia aliquo modo condensatus e Totum tunc speciem habet cystides incapsulati, qualis sae etiam habita est.
3. Induratio. Loco foci tuber relinquitur incertae formae all dum vel subcandidum; secundum Rokitansky huc referend sunt callositates, quae saepe in cerebro epilepticorum inve untur; neque rara sunt tubercula et abcessus.
4. Suppuratio, abcessus est productorum mutatio in pus, in q pereunt omnes aliae inflammationis partes. Cerebralis abc sus sinuata lacuna est, cujus parietes cerebri parenchym inflammatum est; in circumjacentibus oedema invenitur flava emollitio. Pus est crassum, viride, et malo odore pho phorico. Abcessus constanter augetur cum inflammation quod quidem incrementum ad membranas et cranii ossa p tinet; ita abcessus exinaniri potest extra. Ejusmodi exina tiones diversissimis cranii locis existere possunt, veluti per ethnoideum in nasi cavum, aut in cavum tympani et meat auditorium externum, (otorrhoea cerebralis). Si abcessus cerebri cavis erumpit, mors celeriter sequitur. Quoad abcess incapsulatus manet, diu potest ferri, quin adeo plane sana cum pus resorbeatur, capsulaque sensim corrugetur et vastet

Encephalitis aut spontanea est aut traumatica. Tanquam p mitiva saepe aetate juvenili et virili, raro puerili invenitur. Or repetenda videtur esse a proclivitate ad sanguinem consistent qualis saepe in hominibus plethoricis observatur.

Curatio.

Eventum curatio encephalitidis habere non potest, nisi et ae rotus mature medico nuntiatur et morbus ipse mature dignosci-r. Summo igitur pondere hic erit diagnosis, quoniam scimus, iam celeriter inflammatio substantiam cerebri mutet; cui muta-mi mederi facile non possumus.

Antiphlogistica curatio summa extensione unice eventum polli-tur. Loco sunt venaesectiones, remedia cathartica et frigus capiti oplicatum. Venaesectio usque ad clarum effectum repetendum, adjuvandum hirudinibus et cucurbitulis in cervices applicatum. ptime autem frigus capiti applicatur ita, ut vesica glacie illis a pleta capiti ante abraso imponatur. Patiuntur omnes encepha-ide aegroti hanc curam libenter saepeque mirum est, qua ratione im calore capitis deficiente symptomata remittantur; deliria mi-uuntur aut plane desinunt; incidit aegrotus in naturalem som-um, mens redit. Omnes aliae frigoris adhibendi rationes non ita ciles sunt, etsi pariter commodae, forsan etiam commodiores. bercrombie dicit, frigidae aquae flumen cum summo adhiberi riculo, quia observaverit homines, qui paullo ante in vehemen-ssima incitatione et delirio fuerint, mox post adhibitum illud umen factos esse asphycticos; modice tamen illud adhibitum op-num habere eventum prae veterisque principatum tenere. Flu-nis tenor et firmitas maxime observanda erit in medicique ju-io relinquenda. Neque omittenda est in priore encephalitidis adio purgatio, cui a clarissimis autoribus summa gravitas tri-itur. Quin Abercrombie dejectiones in omnibus formis, in qui-s capitis inflammationes existere possunt optima esse remedia cit; vidisse se, inquit, in tali curatione plures aegrotos recon-lescere, quam in ulla alia. Idem autor tanquam potissimum nedium commendat oleum crotonis, sed magnae calomelanis ses cum jalappe idem praestant.

Ineunte collapsus stadio antiphogistica cura incommodo est. Si tamen evenit, ut memoratis remediis jam prius sympthomata remo sint, diutius magna cautio adhibenda est, ne recidivi existant. Cibu animalis, mentis irritationes et solitae officiorum functiones sever sunt evitandae. In altero stadio vesicatoria magna adhibita exter sione majore utilitate sunt, sed tamen non semper id verum es quia indicia plerumque quidem sunt ex inflammatione product saepe etiam ex ingenti confectione totius corporis. Postremo c sui accommodata sunt si qua cum cautione adhibentur, ammon praeparata, Hoffmanni guttae, vinum. Neque tamen haec curat prodesse potest, nisi suspicari possumus, cerebrum esse integru Distinguendi notae horum statuum asthenici et vulgaris comato etsi von tantam habent perspicuitatem, tamen sunt aliqua (Watso Magna asthenia significatur pallido vultu, tenui pulsu et tremen ingenti debilitatione et membrorum tremore, frigore extremitatu sensu facili et praecipue conscientia non plane deficiente. Co tamen significatur alto sopore, aliqua debilitatione et sudorib colliquativis.

Comparatio et distinctio capitis morborum in puerili et juvenili aetate.

Refero hanc scripti partem ad eos, de quibus hic sermo morbos.

Ex sanguinis copia relative exigua et tenera constructione p erilium hominum primum emergit, causis vel satis levibus mut tiones insanguinis quantitate existere posse, quae hic majore p riculo sunt, quam in adultis. In hominibus juvenilibus tales qua titatis mutationes etiam facillime invenientnr, quarum origo locupletem sanguinis copiam chemicasque ejus rationes referen est; si autem reputamus, hac aetate ejusmodi perturbationes fac compensari, i. e. in totum corpus transferri itaque omni momen privari, verum esse intelligitur, idcirco in infantibus gravio occurrere posse aegrotationes quam in hominibus alius aetatis. E

ıantitatis mutationes status efficient, qui in anaemia aut hyper-
mia, universe aut localiter, constant. Deinde si in memoriam
vocamus caput infantile, id quod ad alias corporis partes non
rtinet, propter singularum partium conformationem nondum
rfectam sanguine abundare, mirum esse non poterit quod caput
is perturbationibus maxime obnoxium est, quoniam praeterea
cedit, qnod contra vim aegrotam minime potest resistere; in
ultis corpus totum pariter sanguinem habet diffusum cum autem
abus aetatibus status cernimus magis hyperaemicos, apud in-
ntes causa est, quod caput adeo sanguine abundat et apud
ultos primum propter plethoram quandam et propter alias cau-
s, quas modo commemoraturus sum. Teneamus igitur primum,
od etiam experientia confirmatur, infantes et juvenes hyperae-
iis saepius esse expositos quam ceteros, eo tamen discrimine,
od in infantibus semper caput, in aliis quaelibet corporis pars
se potest. Sed rei ipsa natura sic fert, ut aetas juvenilis praeter
spositionem universam inclinet ad hyperaemias capitis, nam fere
cedunt huc aliae causae moventes, veluti magni mentis labores,
animi incitationes. Apud infantes de his causis moventibus sermo
se nequit et quum omnino nesciamus, quantum psychica momenta
infantibus efficiant, credendum est, in iis causam hyperaemi-
um capitis rationibus niti mere physicis. Locus hic est comme-
orandi scrophulosin, qua, quod ex speciali parte intelligitur,
axima hydrocephali acuti pars continetur. Pleraque infantium
davera tuberculosa ostendunt secreta. Si autem hydrocephalus
utus acuta tuberculorum secretio est, quae propter vehementem
uptionem etiam alias, quae quidem inflammationem indicant,
nguinis partes secum rapit, nihil est, quod facilius intelligatur
ıam illud, hunc secretionis processum ibi vehementissime pro-
ssurum esse, ubi campum inveniet fructuosissimum et materiam
cupletissimam, i. e. in cerebro infantis. Si hydrocephalus acutus
flammatio est in praesenti dyscrasia posita vel per eam modifi-

cata, frequentia hujus morbi item possit explicari. Tuberculosi notum est anaemica secum ferre indicia neque huic naturae abnormes sanguinis rationes comitatum suum detrahent. Quum autem haec anaemia in capite infantis non tantam habeat vim quam in aliis corporis partibus; mala inde consequitur ratio, qua caput plane congestum, quin etiam inflammatum demonstratur. In adultis res aliter sese habet; ibi dubium est, utrum acuta tuberculosis producta sua non potius aliorsum dirigeret, veluti in pulmones, intestinum etc.; praeterea ibi raro occurrunt tuberculosae capitis inflammationes; hic meningitis, encephalitis aliam habent causam, semper fere sunt merae inflammationes. Hydrocephalus acutissimus speciem praebet proprie respondentem in aetate infantili. Plane autem encephalitis hydrocephali naturam habet, si existit in senibus tuberculosi laborantibus, id quod haud scio an in sanguinis similitudine duarum aetatum positum sit, indeque conjectura nascitur, in individuo tuberculotico aetatis juvenilis inflammationes magis meram notam ostendere, quia sanguinis per se facilius in hunc processum inclinat.

Inflammationis producta aetate infantili alia esse quam juvenili necessario intelligitur ex sanguinis qualitate. Quum infantium sanguis multo minorem habeat materiam, inprimis si comparatur cum juvenum sanguine, in illo aquatica in hoc inveniemus exsudata quae ordinari possunt; puris formatio apud infantes vel in ipsis inflammationibus non tam turbulenta est, quam apud juvenes celer exsudati metamorphosis, apud hos inflamationem in summo periculo et discrimine ponit. Optimus hujus discriminis testis est serosa apoplexia, quam rapide currentem cerebri esse inflammationem, quae plerumque serosa exsudata gignat, jam supra diximus. Talis ratio nunquam aetate provectiore cernitur, ubi plastica potius exsudata praeponderare videntur.

De chronici hydrocephali formatione jam in speciali parte tantum commemoravimus, ut breviter necessaria in unum congessis-

is habeam. Si in mentem revocamus genesin hujus morbi, a ncipio jam elucet, similem ejus indicationem in adultis non sse cognosci propter diversum cranii statum; nec tamen minus rum est, chronicum hydrocephalum, si quidem vere adsit apud ultos, aut ea, qua apud infantes, extensione existere non posse, prius quam ibi mortem efficere. Coëunt tum omnia momenta xia in cerebro. Praeterea hyperaemiae quoniam morbi sunt, fa-us removeri apud adultos possunt; in infante, quin etiam in tu, tanquam naturales sine periculo non possunt removeri.

Vita.

Ego, Dagobertus Lichtenstein, natus sum Dirsoviae die IV. mensis Aprilis anni MDCCCXXXI, patre J. Lichtenstein matre Friederica, e gente Levinson, quorum priorem morte mihi ereptum jam dudum lugeo. Fidei veteri addictus sum, Primas litteras quum in urbe patria didicissem, in gymnasium Gedanense migravi quod adhuc sub directore Engelhard, floret, idque ad tertiam usque classem frequentavi; unde ad gymnasium Coloniense Berolini me contuli. Inde cum maturitatis testimonio auctumno anni h. s. LI. universitatem litterarum ibidem florentem adii, ubi ab. Ill. Dieterici, prorectore magnifico, civibus almae academiae adscriptus die XXIX. mensis Oct. MDCCCLI, nomen apud Ill. Jüngken, gratiosi medicorum ordinis decanum spectatissimum professus sum. Quum tres annos Berolini artis medicae studios operam navassem, mora eis facta est unius semestris, ita ut paullo post Halas Saxonum transgressus inter cives academicos a Rectore Leo die I. mensis Maji MDCCCLV reciperer.

Interfui scholis per quatuor annos hisce:

Berolini.

Ill. Michelet de logice. Ill. Lichtenstein de zoologia. Ill. Braun de botanice. Ill. Weiss de mineralogia.

Ill. Mitscherlich de chemia. Ill. Magnus de physice. Exp. Wiedemann, de caloris doctrina.

Ill. Müller de anatomia et physiologia et una cum Ill. Schlemm de arte cadavera recte secandi. Ill. G. Mitscherlich de pharmacologia speciali et medicamentis excitantibus. Exp. Simon de pathologia universali. Exp. Credé de arte obstetricia et morbis mulierum. Ill. Langenbeck de chirurgia. Ill. Romberg de pathologia speciali. Exp. Traube de auscultatione et percussione. Exp. Gurlt de arte fascias rite imponendi.

Scholis clinicis Berolini interfui; Ill Langenbeck, Exp. Friedberg, Exp. de Baerensprung.

Halae disserentes andivi:

Ill. Schultz de anatomia pathologica et comparativa. Exp. Pernice de morbis neonatorum et medicina forensi. Ill. Blasius de akiurgia, de instrumentis chirurgicis, de operationibus chirurgicis cum cursu practico conjunctus, de operationibus ophthalmiatricis. Praeterea scholis clinicis interfui: medicis Ill. Kruckenbergii, obstetriciis Ill. Hohlii, chirurgicis Ill. Blasii.

Quibus omnibus viris illustrissimis optime de me meritis summas habeo, semperque habebo gratias.

Jam vero cum tentamine philosophico tum examine rigoroso superatis, spero fore ut hac dissertatione cum adjunctis thesibus defensa amplissimi in medicina et chirurgia honores mihi tribuantur.